



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XIV. Gregorii Papae I. Ad Natalem Episcopvm Salonitanvm. De
Honorato archidiacono in locum suum restituendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA XIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD PAVLINVM EPISCO PV M.

Liparitanam ecclesiam sua auctoritate commendat.

Gregorius Paulino episcopo.

SCIRE te volumus, quia Maximiano fratri & coepisco
po nostro scripsimus, vt fraternitatem tuam ecclesiæ
Liparitanæ ex nostra auctoritate præesse constituat. Cui
te modis omnibus obedire necesse est, eiusque te ecclesiæ
vtilitatibus præcipimus decenter insistere, & quæque eius
commoditatibus agnoueris oportere, te volumus sine
cunctatione peragere. Ecclesiam vero Tauritanensem,
quotiens opportunum tempus * credideris, visitabis. Ita
ergo fraternitas tua hæc omnia implere festinet, vt & sui
præsentia Liparitanam salubriter disponat ecclesiam, &
visitationis studio Tauritanensem ecclesiam congregare
& fouere non desinat.

Data mense Martii, indictione decima.

EPISTOLA XIV.

GREGORII PAPÆ I.

AD NATALEM EPISCO PV M SALONIT ANVM.

De Honorato archidiacono in locum suum
restituendo.*Gregorius Natali episcopo Salonitano.*

Grat. dist.
44. cap. 3.
Iuo p. 6. c.
204. Bur.
lib. 2.c. 130.

MVLTIS ab vrbe tua venientibus, frater carissime,
didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuis
occupatum. Quæ audita non crederem, nisi hæc actio-
num tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequa-
quam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles,
sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores,
hoc est in testimonium, quod eis sub quibus es positus re-
uerentiam seruare nescis. Cum enim sanctæ memoriae de-
cessoris mei fueris scriptis prohibitus, ne contra Honora-
tum archidiaconum tuum dolorem tam longæ ingratitu-
dinis in corde retineres, cumque a me sæpe correptus fue-
ris, & hæc tibi summopere fuerint interdicta, & manda-

Dei

Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum Honoratum archidiaconum tuum, quasi ad fortiorum honorem prouehēs, conatus es callida arte degradare. Vnde actum est, ut eo de archidiaconatus loco summoto alium accerſeres qui tuis moribus obtemperare potuifet, cum præfatus vir pro nulla tibi re, vt arbitror, displicuit, niſi quod vasa sacra & velamina tuis te parentibus dare prohibebat. Quam causam ſubtili voluimus & nunc ego, & tunc sanctæ memoriarum decessor meus indagatione diſcute-re: ſed tu tuorum tibi actuum conſcius personam ad iudicium inſtruſtam tranſmittere diſtulisti. Proinde fraternitas tua vel poſt frequentatam totiens admonitionem a culpeſu errore ratiocinata, & præfatum Honoratum in ſuum mox, ut mea ſcripta fuſceperit, locum fuſcipiat. Quod ſi forte facere diſtuleris, viſum tibi pallii, qui ab hac ſede confeſſus eſt, noueris eſſe ſublatum. Si vero etiam amiffo pallio in eadem pertinacia adhuc perſtiteris, domini corporis ac ſanguinis te ſcias participatione eſſe priuatum. Poſt que iam neceſſe eſt ut cauſas tuas ſubtilius in-dagantes, an in episcopatu ipſo perſtitere debebas ſumma cura atque inquisitione debeamus tractare. Eum vero, qui contra iuſtitiae regulam in archidiaconatum alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui ſi ulterius in loco eodem ministrare præfumpſerit, ſe participatione communionis ſacrae nouerit eſſe priuatum. Tu igitur, frater cariſſime, ne qua-quam nos amplius prouoces, ne duros valde in asperitate ſentias, quos erga te poſtos in caritate contemniſ. Reſtituto igitur loco ſuo Honorato archidiacono, inſtruſtam personam ſub festinatione tranſmitte, qui mihi hoc debe-re ex ratione fieri ſuis poſſit allegationibus demonſtrare. Eumdem namque archidiaconum ad nos venire decreui-mus; ut quidquid iuſtum, quidquid omnipotenti Deo pla-citum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, ſed au-tore Deo normam iuſtitiae, poſtpoſita cuiuſlibet per-ſonæ acceptance, cuſtodiimus.

Grat. 7. q. 1.
cap. 40. Iuo
p. 5. cap.
357.